Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Iosephus captivus

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

mihi pereundum eſt, uideo. extrahor ad cædẽ. IV. *Ne trepida, non necaberis, ſed uendêris.* En *uobis puerum lepida forma.* M. *Herclè bellum, & ingenuum. Quanti eum indicatis?* I. *Triginta argenteis.* M. *Accipimus. Accipite pecuniam.*

SENTENTIA.

Inuidia homines impellit ad quoduis facinus. Et Deus ſuos nõ equidẽ deſerit, ſed ut exploret, in extremos angores uenire patitur.

IOSEPHVS CAPTIVVS.

Gen. 40.

ARGVMENTVM.

Ioſephus captiuus interpretatur ſomnia prægustatoris & piſtoris Pharaonis.

Ioſephus, Prægustator Pharaonis, Piſtor.

Q*Vid accidit, ut hodie uultu ſitis adeò mœſto?* PR. *Somniauimus uterq;, &* a *caremus cõiectore.* IO. *At habet Deus cõiectores. Agite, narrate mihi.* PR. *Videbar mihi in ſomnis uidere ob oculos uitẽ, ex qua tres palmites orirẽtur: quæ deinde, quaſi germinaret, produxit florẽ, unde uuæ plenæ racemis matureſcebãt.* Erat *aũt mihi in manu poculũ* Pharaonis. *ita q; cæpi uuas, easq; in id expreßi, deinde tradidi ei in manũ.* IO. *Hæc eſt*

a Nimirum intelligebãt, ſomnia interdum diuinitùs immitti. Id quod uerum eſt, & inde etiam cum uulgo perſuaſum.

eſt interpretatio: Tres palmites, [b] tres dies ſunt. hinc ad triduũ Pharao iubebit te produci è carcere. reſtituetq́; in locũ muneris priſtinum, ſtabisq́; ei ad cyathos, ut antè. Quamobrem ubi adeptus fueris hoc tantum bonũ, facito quæſo ut memineris mei, præſtesq́; mihi hoc beneficium, ut facias mentionē mei apud Pharonem, meq́; extrahas ex hac domo. [c] Nam ſurreptus ſum clàm ex terra Hebræorum: neq; quicquam feci, quamobrem compingerer in carcerem. PI. [d] Rectè ſanè interpretatus es. Sed audi meum quoque ſomnium. Tria alba caniſtra erant ſuper capite meo, in quorum ſummo inerant Pharaonis omnis generis cibi piſtorij, quos inde aues comedebant. I. Accipe coniecturam. Tria caniſtra, tres dies ſunt. Abhinc tres dies, iuſſu Pharaonis ſecuri ferieris, atque in crucem tollêris, ubi alites uorabunt tuum cadauer.

b Hoc eſt tres dies ſi gnificant.

c Hoc dicit, ut oſten dat ſe dign eſſe qui lib retur.

d Et tame nódum ex c uētu cogno uerat. Se dum ſic apt quadrat in terpretatio fidem faci Idem in p ximo dialo go fit in Pha raone.

SENTENTIA.

Deus pijs arcana detegit: idemq́; uiam ad eorum ſalutem ſæpe longè antè præparat.

IOSEPHVS CONIECTOR.

Gen. 41.

ARGVMENTVM.

Ioſephus interpretatur Pharaoni duo ſomnia, ob eamq́; cauſam Pharao præficit eum toti Aegypto.